tioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alioquovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa acta mediante.

Ciotek Poniatowski & Chylinski mutuo se quietant, ac statuent Consortes.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Gnosi Ignatius Ciotek Poniatowski ab una et Petrus
749 Chylinski parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quoad Actum hunc attinet se cum suis successoribus, Bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiiciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Ita ipsi et quidem praefatus Generosus Ignatius Ciotek Poniatowski, suo et Gnosae Catharinae Szornelowna Generosus quoque Petrus Chylinski suo itidem et ~~Generosae~~ Magdalenae Poniatowska Consortium suarum Legitimarum praesentibus vindicando programmata ratihabitione cavent, ac se praesentibus vniuersis nominibus, sese mutuo et invicem, una Pars alteram, cum Posteris utriusque Partis de Intercisa certa inter se Recognoscentes praefataque Consortes suas intervatione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum, de Actu et Data ipsius in Bonis Villae Wierzbna, Die Vigesima Sexta Aprilis Anno Millesimo

Sexcentesimo Sexagesimo Nono confecta et conscripta, manibus contrahentium ab utrinque propriis subscripta et Actis Officii praesentis cum interpositione Vadii Summae Quatuor Millium Florenorum Polonicalium roborata, tum et de ipsius Roboratoria Inscriptione, ob praestitam in praemissis omnibus sufficientem ab utrinq satisfactionem quietant emittunt demittunt, liberosq et absolutos perpetuo pronunciant, Intercisam eandem cum ipsius Roboratione in toto et per omnia cassant mortificant et annihilant praesensibi suisq Posteris ratione Commissorum perpetuum imponendo Silentium. Nihilominus iidem suprascripti Recognoscentes sibimutuo et invicem una Pars alteri ac Posteris utriusque Partis, se ac suos Successores in et super Bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus, Et quidem Generosus Ignatius Ciołek Poniatowski, suprascriptam Generosam Catharinam Szoneburna, Gnosus quoq Petrus Chylinski, iidem Gnosam Magdalenam Poniatowska Consortes suas Legitimas cum personali suo Recognoscentium assistentia, ad approbandam per ipsas Inscriptionem praesentem quietationem, vel similem suo pro interesse faciendam ad Acta quaevis Authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia, vel in eventu Mortis Successores illarum intra decursum duodecem septimanarum adducere et personaliter statuere, ab illisque vel earum Successoribus, ut praemissa debite exequantur efficere. Idq sub Vadio Summae Quatuor Millium Florenorum Polonicalium, per Partem Parti, cum Successoribus utrinsq Partis, ob non statutionem suprascriptarum Consortium suarum statuendarum

1782.

vel in eventu mortis Successorum illorum, ad exequenda praemissa pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praevio ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complendā, citata existens memorata Pars una, praemissa non tenens, sive eius Posteri ad instantiam Partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius Successorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense exnunc recessu suo praescripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti, satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos, semper peremptorios, tenens, Causa infirmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evicorem vel aliis quibusvis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia Pars simplicatis vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalis Iuris, praescriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali

mutua Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sozanskie coniuges mutuam sibi advitalitatem inscribunt.

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesen[ti]
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobiles
Petrus Sozanski, Nobilis Pauli Sozanski, cum Nobili
Marianna Sielecka procreatus Filius ab una, et Anna
Popielowna, quae Nobilis Wasil Popiel cum Nobili Ma-
rianna Kulczycka procreata Filia, eiusdem vero Nobilis
Petri Sozanski Consors legitima parte ab altera, sani
mentibus et corporibus existentes, a Terris Districti- 149
bus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis pro-
priis et competentibus recedendo, praesenti Actorum
Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni
quoad Actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac
Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporando, atque subiiciendo, palam, libere, publi-
ce, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum
seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et prae-
cipue Consors cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniu-
galis personali assistentia et authoritate ad infrascripta
recognoscenda consensu, sibi mutuo et invicem, una
Pars alteri omnium generaliter Bonorum suorum, mobi-
lium et immobilium, haereditariorum, et obligatoriorum,
Summarumque pecuniariarum quarumvis, nec non
auri, argenti, clenodiorum, Unionum Margaretarum,
vestium vestimentorum, item stanni, aeris, cupri, ori-
chalci, pecorum, pecudum, equorum, equitiorum, ac totius
supellectilis domesticae, in quacunque forma et materia
existentis, nunc habitis et in post habendis, mutuam
advitalitatem et Usumfructum ad extrema duntaxat

F Consorte eius legitima